

ed altri condottieri.

Quanto poi al numero delle truppe, i cavalieri, secondo il calcolo giusto, sono novemila, laddove, se si segue il metodo di computare insegnato da Galeotto Malatesta,

i fanti sono cinquemila all'incirca, senza contare la gente raccogliticia.

spem de se facit^(a), sunt preterea multi clari viri late cogniti et in gravissimis rebus experti, quibus servare et augere bello^(b) gloriam alias partam cura est. hos brevitati indulgens, ut proposueram non enumero^(c). numerum militum, ut existimo, scire cupis. equitum novem millia collecta^(d) sunt. qui^(e) si michi non esset plene cognitus, preceptum Galeotti^(f) de Malatestis^(g), qui plurimum in hoc auctoritatis habet, servarem. cum enim de incerto numero alicuius exercitus mentio fieret, esse quosdam dicebat, qui aut nimia indulgentia aut insuetudine magnarum rerum veritatem excederent^(h), et item quosdam, qui⁽ⁱ⁾ aut odio aut adversandi^(j) studio rebus detraherent: inter maximum igitur et minimum quos fama referat, assumi iubebat^(k) medium numerum et ab eo tertiam partem auferri; illum autem qui^(l) post hanc collationem superesset, verum esse aut vero proximum numerum asserebat. peditum michi non satis est notus numerus; quem tamen, ut priorem doctrinam sequar, quinque millia electorum virorum existimo. expeditorum militum undique concurrentium, quos sine stipendiis sola rapine spes allicit, incertus est numerus. non prosequor singula que in hunc ordinem apparatumque conveniunt, ut arma, impedimenta bellica, commeatum^(m) et reliqua huiusmodi: hic⁽ⁿ⁾ maioris studii et longioris operis labor est. cumque cetera perscribi possint, illud utique, quantis animis quanto certitudine spei progrediantur, nequaquam expediri^(o) potest. certe aliquando, imo plerunque, maioribus copiis, sed nunquam

(a) *Mur.* fecit (b) *B P* bellum *Mur.* bellicam (c) *Mur.* renomero (d) *Ra om.* collecta (e) *Mur.* qui numerus (f) *Mur.* Domini Galeoti *Ra* fortissimi et pariter versuti Galeotti (g) *B* excedunt (h) *P Ra om.* qui (i) *Mur.* adversanti (k) *B* iubent (l) *Mur.* illum qui (m) *Mur.* commercium (n) *Mur.* hic enim *T* hinc enim (o) *BG* expectari *G* in marg. expediri

(1) Galeotto di Pandolfo Malatesta, condottiero e signore di Rimini, capitano generale di Gregorio XI contro Bernabò Visconti. Era a Padova nel 1368 al seguito di Carlo IV imperatore, e morì a Cesena nel 1385 (cf. LITTA, *Famiglie celebri d'Italia*, I, Malatesta, tav. ix). Per ciò che concerne il numero delle forze collegate

cf. *Corpus Chron. Bononiens.* cit., p. 427 e MINERBETTI, loc. cit., p. 124. Secondo la prima, v'erano 200 lance fiorentine, 400 bolognesi, 50 col Manfredi, 200 padovane « et fanti da più ben tre mila »; la seconda invece dà: 1400 lance fiorentine, 600 bolognesi, e 200 padovane, « milledugento balestieri e con assai fanti a piede ».